

Responsa in nova Status Pontificii invasione. 10 Dec. 1860.

Q. 1. An liceat hymnum *Te Deum* canere occasione proclamationis intrusi Gubernii, aut alio simili eventu.

R. Negative.

Q. 2. An in Missa aliisque sacris functionibus recitari possit Collecta *pro Rege* quando ab invasore Gubernio edicatur.

R. Negative.

Q. 3. An liceat coopereri functioni religiosae legibus Subalpinae expotulatae die anniversaria Statuti.

R. Negative.

Q. 4. An liceat propium domum externis luminibus ornare occasione inaugurationis novi Gubernii, aut alio simili eventu; item an liceat uti insignibus novi Gubernii, cujusmodi sunt *Coccarde*, vitae tricolores, et alia id genus.

R. Negative, dummodo non immineant gravia damna et absit scandalum.

Q. 5. An a Clero invitari possint gubernativae Auctoritates ad Ecclesiasticas functiones. Et si forte nec invitatae intersint, an Clerus possit iis honoris actus Coeremoniali praescriptos tribuere.

R. Negative; et quatenus non invitati interveniant, Clerus passive se habeat; hoc est abstinere ab actibus honorificis in Coeremoniali praescriptis.

Q. 6. An excipi in Ecclesia possint Magistratus Municipales, iisque tribui honoris actus ut supra.

R. Affirmative, dummodo tamen Magistratus non peregerint actus reprobatos per litteras Apostolicas diei 26 Martii 1860; secus ut in praecedenti.

Q. 7. An liceat Civicae aut Nationali militiae nomen dare, quae ab intruso Gubernio suae defensionis ac conversationi in Provinciis usurpatis est constituta.

R. Negative.

Q. 8. Quid de iis dicendum, qui inviti conscribuntur, et ad eandem militiam ineundam adiguntur.

R. Posse tolerari milites civicos coactos, qui militiam absque gravi damno seu incommodo deserere nequeunt; dummodo tamen animo parati sint eam deserere quam primum poterunt, et interim ab omnibus actibus hostilitatis in subditos et milites legitimi Principis, et ab actibus contra bona jure et Personas Ecclesiasticas.

Q. 9. An liceat Parochis elenchos dare a Gubernio intruso pro Militia Nationali, et militari delectu habendo in usurpatis

* Veaſe *Acta Sancta Sedis*, tomo I, pag. 558.

Provinciis expotulatos.

R. Negative; et quatenus per vim libri auferantur, passive se habeant.

Q. 10. An liceat dare suffragia ad componenda Consilia, et Municipales Repraesentativas Personas; et an Electi possint officio fungi Conciliarii et Magistratus Municipalis.

R. Dummodo Municipales non adigantur ad ea, quae adversantur Legibus Divinis et Ecclesiasticis; et se abstineant a praestando juramento juxta formam a Gubernio invasore propositam, posse tolerari.

Q. 11. An liceat ad Magisteria concurrere, eaque suscipere oblata ab aliqua Communitate, vel etiam a Gubernio, si qui suscipiunt ab adhaesione abstineant Gubernio intruso exhibenda, et ab omni actu qui ad illud ratum habendum suapte natura dirigatur.

R. Affirmative, remoto scandalo, si adsit, et sub conditionibus in quaesito expositis; praesertim vero sub conditione, ut in dicendo sint omnino conformes Doctrinae Catholicae.

Q. 12. An juxta Indultum jam a S. Poenitentiarum transmissum Administratoribus Locorum Piorum ab invasore Gubernio occupatorum possint ab Ordinariis habilitari non modo ad Administrationem prosequendam sed et ad suscipiendam, ii qui ab illegitima Auctoritate denuo eligerentur.

R. S. Poenitentiarum de speciali et expressa Apostolica Auctoritate omnibus et singulis Locorum Ordinariis, quorum Territoria a Gubernio invasore occupata fuerunt, ad sex menses duraturam facultatem concedit, praefatis Personis, ut Officium Administratoris, dummodo exinde non requiratur adhaesio Gubernio invasori, aut juramentum fidelitatis juxta formam ab eodem Gubernio praepositam et ad effectum, et sub conditione curandi utilitatem Locorum Piorum, et abstinendi omnino ab alienatione bonorum, et cum dependentia ab Episcopo, seu ab Ordinario Loci, cui rationem reddere teneantur, retinere, et de novo assumere et exercere licite valeant Apostolica expressa auctoritate Indulgendi. Porro quisque curabit scandalum removere caute manifestando se id peragere de Licentia Apostolica Episcopi vero et Ordinarii in Administratione Locorum Piorum passive se habeant, nullumque positivae conventivae argumentum quoad Gubernium exhibeant, et eidem dumtaxat, si fuerint interrogati respondeant.

Q. 13. An retineri et suscipi possint sub intruso Gubernio officia.

R. Dummodo non agatur de Officiis, quae directe et proxime influunt in sponum, vel in ejusdem spoli manutentionem, et exerceri possint absque periculo laesionis Legum Divinarum

Territoria a Gubernio invasore occupata fuerunt, ad sex menses duraturam facultatem concedit, sive per se, sive per aliam Ecclesiasticam Personam ad hoc specialiter a quolibet ex dictis Ordinariis deputandam, Apostolica Auctoritate habilitandi Cursores et Exactores ad exequenda mandata tum contra Loca Pia, tum contra Personas Ecclesiasticas, petita et obtenta prius in singulis casibus venia a respectivo Ordinario, et remoto prudenter scandalo: contrariis quibuscumque non obstantibus.

Q. 24. An Parochi et coeteri Ecclesiastici, quibus decimarum abolitione per Gubernium facta damnum illatum est, compensationes ab ipso Gubernio propositas accipere possint.

R. Posse juxta oraculum SS. Domini, titulo merae compensationis pro damno sibi a Gubernio illato ob impeditam Decimarum exactionem, percipere pensiones a Gubernio assignatas, facta tamen prius sive ab Ordinario Loci in communi, sive a quolibet ex dictis Parochis, seu Ecclesiasticis in particulari protestatione per hujusmodi perceptionem nullo modo recognosci aut adprobari Decimarum abolitionem a Gubernio factam, et caute montis earundem Decimarum debitoribus, eos non esse vi legis a Gubernio latae ab onere easdem solvendi liberatos.

Q. 25. An Parochi illa subsidia a Gubernio petere possint, quae idem Gubernium iis Parochis promittit, qui numerum animarum quinquies centum majorem habent, et redditum octingentis francis minorem.

R. Non expedire.

Q. 26. An Confessarii debeant eos existimare in censuras incidisse, qui suffragium pro Italiae sub uno Rege unione, sive timore, sive dolo, sive ignorantia ducti dederunt; tum eos qui idem suffragium dederunt aliis in Provinciis extra Pontificiam Ditionem, aut dederunt suffragium negativum, aut nullum, aut nihil significans: tum eos qui non timore gravi peribit domos suas luminibus ornavunt, usi sunt *coccardis* etc., aut levitate ducti cantu hymni *Te Deum* interfuertunt; tum denique Mulieres et Minorenes, qui votorum sive honoris protestationes (vulgo *indrizzi*) subscripserunt, vexilla consueverunt, etc.

R. Censuras Ecclesiasticas juxta Litteras Apostolicas diei 26 Martii 1860 incurri ab iis, qui formaliter cooperantur, vel adherent rebellionis Ditionis Pontificiae. Quare ad dignoscendum in Foro Conscientiae utrum qui censuras incurrerint discutienda est per Confessarium unicuiusque conscientia. In praxi vero satis provisum per facultates Locorum Ordinarius transmissas sub die 16 Novembris 1860.

Q. 27. Quomodo debeat reparari scandalum publicum ab iis datum, qui absolvi petunt a censuris, in quas his temporibus inciderunt, quibus talis reparatio difficilis est et periculis obnoxia

R. Reparationem scandali esse necessarium de jure divino, eamque faciendam esse meliori modo quo potest prudenti judicio Ordinarii seu Confessarii.

Q. 28. An ii qui absolutionem petunt debeant antequam absolvantur ea damna resarcire quae Pontificium Gubernium praesentibus rerum vicissitudinibus est passum.

R. Sufficere, ut animo parati sint stare mandatis S. Sedis desuper ferendis.

Datum Romae in S. Poenitentiarum die 10 Decembris 1860.

Responsa quoad electionem Deputatorum et eorundem juramentum. 1 Dec. 1866 (1).

Q. 1. Quomodo sciscitanti, an oblatum Deputati munus in nationali conventu, quem *Parlamento* Itali vocant, excipi possit, respondendum sit?

R. Affirmative sub sequentibus conditionibus. 1. Ut Deputati electi in emittendo juramento fidelitatis et obedientiae a lege praescripto adiciant limitationem: *salvis legibus divinis et ecclesiasticis*. 2. Ut hujusmodi limitatio fiat expresse in recitatione formulae ipsius juramenti, audientibus saltem duobus testibus. 3. Ut ipsi Deputati electi animo comparati sint, et declarent se nunquam legibus improbis et injustis favorem et suffragium esse laturos: imo hujusmodi leges, quatenus proponantur, esse notorie reprobaturas.

Q. 2. Qua se ratione gerere possint Episcopi rogati ut bonorum Deputatorum electioni faveant?

R. Nihil ob stare, quominus Episcopi, et Ordinarii occasione electionum, quoties ad id requisiti fuerint, in mentem populi revocent, quemque fidelium pro suis viribus tenent ad impedienda mala, et ad promovenda bona.

Alia plura S. Poenitentiarum responsa. 14 Dec. 1866 (*).

Q. 1. Potest ne Episcopus Dioecesim primo ingrediens provinciae Praesides constitutos invisere?

R. Nihil ob stare, quominus expleantur urbanitatis officia.

Q. 2. Potest ne Episcopus rogatus jusjurandum proferre? Aut saltem quamnam novo rerum ordini observantiam promittere potest?

R. Negative; tum quia a S. Canonibus prohibitum est Ecclesiasticis juramentum emittere coram auctoritatibus laicis,

(1) Veaase *Actu Sanctae Sedis*, tom. II, pag. 675.

(*) Veaase *Actu Sanctae Sedis*, tom. 2º, pag. 675.

tum quia iuramentum, prout proponitur, est illicitum, uti constat ex responso in Litteris 10 Decembris 1860 sub N. 14.

Q. 3. Regressus in suam Dioecesim Episcopus potest ne cum Viris auctoritate publica praeditis, epistolarum commercia habere: itemque cum Syndicis, qui id temporis ex sui muneris officio ad Episcopos scribunt?

R. Rem dijudicandam esse in casibus particularibus ex objecto et fine, habita prae oculis sacra Episcopi dignitate, et necessitate, utilitaque Ecclesiae.

Q. 4. Potest ne Episcopus, aliive ex clero, hymno *Te Deum* politicam ob causam canendo dare operam, cum S. Poenitentiarum post bellum venetum ejus hymni cantum licere declaraverit?

R. Prout exponitur non licere ex pluribus S. Poenitentiarum responsis, et ex Litteris 10 Decembris 1860 sub N. 1., neque ad rem facere responsum datum ab ipsa S. Poenitentiarum circa cessationem belli, quo declaratum fuit licere cantum hymni *Te Deum* sub sequentibus conditionibus; *dummodo scilicet, cantus Hymni Ambrosiani fiat solo fine gratias agendi Deo pro cessatione belli, et hic finis sit publice notus, et inde recitentur versiculi tantum communes, et unica oratio pro gratiarum actione, omisso quocumque alio versiculo et oratione.*

Q. 5. Quomodo in iis quae contra Seminariorum institutiones Italum Gubernium injuria exigit se quisque Episcoporum gerere debet? Ubi vero ea eliminata ac deleta jam sunt, poterit ne Episcopus ad Gubernium se convertere, cum eoque agere, ut saltem quemdam ut vocant, *Convictum*, instar illius qui Monte Regali erectus est, aperire liceat? Possunt ne praeterea Seminarum Magistri se ad Gubernium convertere, ut tanquam publici Professores habeantur?

R. Satis provisum per instructiones circa Seminarum alias datas. Quoad vero Convictus instituendos S. Poenitentiarum censet eos expedire, quoties morum ac studiorum disciplina ab Episcopo dependeat. Nihil autem obstare, quominus ad vindicanda ac restituenda Seminarum atque ad Convictus instituendos Episcopus sive per se, sive per interpositas Personas rem agat cum laicis Potestatibus. Ac pariter nihil obstare, quominus Magistri Seminarum, tamquam privatae Personae, ad Auctoritatem Civilem pro licentia docendi aliquam artem seu scientiam recurrant.

Q. 6. Quanam agendi ratione uti debet Episcopus in bonorum Ecclesiae invasione ac venditioni: dum et loqui gravis periculi causa esse possit, et silentium tanquam probantis seu adscientis indicium suscipi? Quanam item ratione se gerere debet Episcopus Gubernio eorumdem bonorum titulos postu-

lante, ac nisi sibi obtemperetur *sequestra* minitante? Poterit ne praeterea Episcopus ad Parochos et ad coeteros qui Ecclesiae Beneficiis potiuntur encyclicas, quas ipsemet hac super re ab Gubernio accipit, remittere?

R. Silendum vel loquendum, prout prudentia et fructus inde speratus dictaverit. Titulos vero violententer requisiti posse in casu necessitatis et ad evitandum grave damnum exhiberi; praevia tamen protestatione, qua declaretur se cedere coactioni, neque ullo modo cooperari pravis Gubernii intentionibus. Semeliter posse Episcopum notas facere, per interpositas praesertim Personas, hujusmodi Gubernii violentas Parochis, aliisque Beneficiatis, ad finem eos docendi modum, quo sibi consulere possint, exhibendo, praevia eadem protestatione, titulos sub gravibus poenis seu damnis requisitos.

Q. 7. Juxta hodiernas in Italia vigentes leges Presbyteri officiis civilibus funguntur, uti Syndici (jurejurando proleto), Consilarii, quos vocant, Charitatis, etc., potest ne Episcopus eosdem in officiorum suorum exercitio tolerare?

R. Ex SS. Canonibus non licere Clericis absque legitima Potestatis Ecclesiae licentia assumere et exercere officia civilia seu laicalia. Juramentum, prout a Gubernio proponitur, esse illicitum, et eos, qui illud emisierint, teneri ad retractationem. Quoad Conciliarum charitatis provisum per Litteras 10 Decembris 1860 sub N. 12. Quoad vero Clericos in praemissis delinquentes, agendum ut infra ad nonum.

Q. 8. Onera Missarum, Legata pia, Cappellaniae laicales etc. per viros a Gubernio electos unica praesenti tempore administrantur; quia etiam Cappellanos ecclesiasticis officiis in Templis gerendis nominant: poterit ne id Episcopus tolerare?

R. Dummodo Nominati seu Electi habeant necessariae qualitates, neque laedatur jus quaesitum tertii, posse Ordinarium illos tolerare; etiam et tamquam ex se, quatenus institutio requiratur, illis conferre Cappellariam seu Legatum, nulla facta mentione nominationis seu electionis illegitime peractae.

Q. 9. Plerique Presbyterorum ecclesiasticas vestes exueunt; ac nonnulli novo rerum ordine tecti ac freti Ordinario vocanti ac jubenti non auscultant; quam agendi ratione erga eosdem uti Episcopus debet?

R. Praemissis admonitionibus, agendum prout prudentia dictaverit juxta S. Canones contra eos, qui non incedunt habitu et tonsura. Si autem Ordinarium non audierint, recurrendum esse ad S. Concilii Congregationem.

Q. 10. Provinciarum Praefecti sibi jus adrogarunt constituendi, quinam festi dies exteriori pompa sint celebrandi, quanam *Processiones* peragenda: poterit ne id tolerari?

R. Affirmative, attenta violentia, et exclusis semper novis festis ab auctoritate civili incompetenter institutis.

Q. II. Seminariorum Magistris poterunt ne testimoniales literae ab Episcopo tradi, ut à Gubernio tanquam publici Professores ratihabeantur?

R. Nihil obstaré, quominus Ordinarius concedat Seminarium Magistris litteras testimoniales, quibus generice comprobentur eorum in docendo exercitium, et in scholis regendis peritia.

Romae ex S. Poenitentiarum die 20 Februarii 1867.—A. C. Panbianco P. M.—L. Preiano, Secretarius. Bassols.

INCENDIOS.

CIRCULAR. Señores Curas &c.

Habiéndose reclamado por el gobierno del Distrito Federal la falta de cumplimiento de lo dispuesto en el bando publicado sobre incendios en la capital, con motivo de haberse notado, que en lo ocurrido la noche del 8 del próximo pasado Mayo se repicó en varias iglesias, y a fin de evitar en lo sucesivo se ocasionen con esto, a mas de la consternacion de los vecinos, el desorden que embaraza cortar los progresos del incendio; he determinado pasar a Vdes. la presente por cordillera, para que se guarde, cumpla y ejecute lo acordado en el citado bando, para cuyos casos semejantes solo debe avisarse por una escuadra de la Iglesia más inmediata al fuego, haciendo la métriz con 60 campanadas, que serán repetidas si continuase, sin tocarse otra de las campanas.—Lo que participo a Vdes. para su inteligencia y cumplimiento.—Dios guarde a Vdes. muchos años. México, Junio 6 de 1825.—José María Buchén, secretario.

INDIOS.

Pueden ganar indulgencias con sólo la contrición, supuestas el ayuno y de confesarse dentro del mes?

Brev. Sanct. D. Pii IV, 11 Aug. ann. 1562. Ibí: Omnibus Indis utriusque sexus dictarum Indiarum, ut quando; et quoties inibi aliquas plenarias, vel alias Sedis Apostolicas Indulgencias (et cum conditione, quod jejunium, et Confessio, et Sacra Communio praecedere debeant) concedi, et publicari contigent, si ante tempus ad Indulgentiarum consecutionem statutum, peccata sua commode committent nequiverint, dummodo corde contriti sint, ac cum primum Presbyteri copiam, confitentur, et si opportunitatem nanciscuntur, vel saltem intra mensem

primum. Presbyteri copiam confitendi propositum habuerint, facta debita quoad jejunium diligentia, praestatas Indulgencias, etiam plenarias, et peccatorum suorum remissiones vere consequantur et consequi valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si Confessionis, et Sacrae Communionis Sacramenta susceperint.

Brev. Sanct. D. Paul. V.

Paulo Papa V. para perpétua memoria.

Pocos dias ha que nuestro carísimo en Cristo hijo, Felipe rey católico de las Españas, nos hizo hacer relacion, que en las Indias Occidentales, los que tienen cargo de las almas juzgaron que conviene, y ya está recibido en uso, que los indios recién convertidos a nuestra santa fé católica, reciban pocas veces el sacramento de la Eucaristía. Y como así por Nos, como por los Romanos Pontifices, nuestros predecesores, se hallen concedidas, y cada dia se concedan a los fieles cristianos varias indulgencias, en cuyas letras se manda que para gozarlas, no solo sea necesaria la Penitencia y confesion, sino tan bien la comunión sacramental; de ordinario sucede que los tales Indios no puedan gozar del tesoro de las Indulgencias. Por cuanto el mismo rey Felipe en nombre de benignidad apostólica, nos dignásemos proveer en lo susodicho: Nos, pues, atendiendo a que las Indulgencias se conceden para el aumento de la religion, y salud de las almas de todos los fieles de Cristo, y por tanto no deber los Indios ser privados de tanto bien, por el dicho estatuto fundado para la honra de Dios; teniendo el tenor de las dichas letras por suficientemente expreso en las presentes; otorgamos y concedemos a todos, y cualesquier fieles de las Indias Occidentales, nuevamente convertidos a la fe, que segun el juicio de los confesores pareciere que por entónces se hayan de abstener del sacramento de la Eucaristía, cuando se haya de recibir para ganar las Indulgencias, que puedan ganar no le recibiendo, bien así como si le hubieran recibido, cualesquier Indulgencias, aunque sean plenarias y remisiones de peccados concedidos por Nos, y por nuestros predecesores, y que desde aquí adelante se hubieren de conceder, así por Nos, como por nuestros sucesores los Romanos Pontifices. Con tal que verdaderamente penitentes y confesados, cumplan con todo lo demas que en las dichas letras de Indulgencia se manda. No obstante en contrario: Dado en Roma en S. Marcos, con el sello del pescador el dia 18 de Abril año de 1609, año cuarto de nuestro pontificado S. Cobenluci. L. 23, tit. 1, lib. 1 Ind. Nuestro muy santo Padre Paulo Quinto fué servido de expedir a nuestra instancia un Breve, dado en Roma a

et Ecclesiasticarum posse tolerari: in praxi vero quilibet ex dictis Officialibus aut Personis Ditionis Pontificiae, qui paratus sit stare mandatis S. Sedis caute moneatur, ut consulat Episcopum seu Locum Ordinarium, qui in singulis casibus decernet juxta mentem SSmi. Domini.

Q. 14. An liceat juramentum ab intruso Gubernio propositum hisce vel similibus verbis, quibus illimitata obedientia continetur: "Juro fidelitatem et obedientiam Victorio Emmanuelli Italiae regi, ejusque successoribus, Juro me Statutum, omnemque aliam status legem pro inseparabili et regis et patriae Italiae bono observaturum.

R. Juramentum, prout exponitur non licere; tolerari autem posse juramentum obedientiae mere passivae in iis omnibus, quae Legibus Divinis, et Ecclesiasticis non adversantur juxta formam a s. m. Pii VII. approbatam, et hisce verbis expressam, scilicet: "Promitto et juro me cujuslibet generis conjurationi, sive conventui, sive seditioni contra actualis Gubernium operam nunquam daturam: nemque eidem me subiectum fore atque obtemperantem in iis omnibus, quae nec Dei, nec Ecclesiae legibus adversentur."

Q. 15. Quomodo Ordinarii circa Regium Placet et Exsequatur, quod Gubernium sibi arrogat super Bullis, Brevibus et Rescriptis Pontificiis, se gerere debeant.

R. Non esse inquietandas privatas Personas, quae, ut se cevent indemnes ad Gubernium pro Regio Placet, seu Exsequatur recurrunt; Verum Ordinarii hac in re, quantum poterunt, passive se habeant, et, si a Gubernio super hujusmodi petitionibus interrogati fuerint, juxta leges justitiae, et ad formam SS. Canonum sententiam suam patefaciant.

Q. 16. An Ordinarii, Parochi, Beneficarii, coeterique Bonorum Ecclesiasticorum administratores, si gravibus sub poenis expotentur, reddituum respectivorum inventarium Gubernio tradere possint.

R. Permitti, emissa tamen in scriptis protestatione in singulis actis a respectivis Administratoribus super necessitate traditionis ad evitanda majora mala, et protutione jurium Ecclesiae. Mens autem est SSmi. Domini, ut Ordinarii ante vel post traditionem, si fieri possit, super praemissis collectivam faciant protestationem reverenter quidem, sed cum evangelica libertate.

Q. 17. Quomodo Ordinarii se gerere debeant circa quempiam Sacerdotem, qui cum in censuras inciderit, cum Ecclesia reconciliari negligat, nec decerni possit a Divinis suspensus absque gravium scandalorum ac malorum timore,

R. Curandum pro viribus ejusdem Sacerdotis recipien-

tiam, prout boni, ac prudentis Pastoris officium exposcit, et, si vocem Ordinarii non audierit, recurrendum esse ad S. Concilii Congregationem.

Q. 18. Quomodo se gerere debeant Parochi in celebratione Matrimoniorum illorum qui notorie in ecclesiasticas censuras inciderint.

R. Curandum pro viribus, ut Ecclesiasticis Censuris innodati debito modo cum Ecclesia reconcilientur: at si reconciliari recusent, et nisi Matrimonium celebretur gravia inde damna imminere videantur. Parochus Ordinarium consulat, qui, habita rerum et circumstantiarum ratione, omnibusque perpensis, quae a probatis auctoribus et praesertim a S. Alphonso (Lib. 6. Tract. I. Cap. 2. n. 54) traduntur, ea declarat, quae magis expedire in Domino judicaverit, exclusa tamen semper Missae celebratione.

Q. 19. Item quomodo se gerere debeant Episcopi et Parochi, si qui ex supra dictis censura innodatis se sisteret ut sive in Sacramento Confirmationis, sive Baptismatis Patrum agat.

R. Ut in praecedenti.

Q. 20. An possit SSma. Eucharistia notorie censura innodatus ministrari, quin prius fuerint, uti par est, cum Ecclesia reconciliati.

R. Negative.

Q. 21. Si quis ex iisdem censura ecclesiastica notorie innodatus obierit, et juxta Sacros Canones, et normas hac super re a Doctoribus traditas, ecclesiastica sepultura carere omnino debeat, et contra pertinaciter gravibus minis expotentur exequiae et ipsa ecclesiastica sepultura, quomodo in hujusmodi casu se gerere debeat Parochus.

R. Curandum, ut cuncta ad normam Sacrorum Canonum fiant, quatenus vero absque turbarum et scandali periculo id obtineri nequeat, Parochus neque per se, neque per alios sacerdotes ad exequias et ad sepulturam ullo modo concurrat.

Q. 22. An Episcopus Praedicatorum adprobare possit, qui ab actualibus Municipalibus Auctoritatibus offeruntur.

R. Posse Episcopum tanquam ex se eligere praesentatos, dummodo in eis concurrant omnes qualitates necessariae.

Q. 23. An Exactores et Cursores possint mandata exsequi contra Ecclesiasticos et Loca Pia morosa quoad exactiones Dativarum tum Cameralium, tum Municipalium, et quibus normis quibusque cautelis.

R. Sacra Poenitentiarum de speciali et expressa Apostolica Auctoritate, benigne sic annuente SSmo. Domino Nostro Pio PP. IX. omnibus et singulis Locorum Ordinariis, quorum